

1515 Juni 15.

A

URKUNDENAUSZUG<sup>1</sup>, LAUT WELCHEM ULRICH HAGER DIE PFARRPFUND MAR-  
BACH AUFGIBT UND DIESE DARAUF VOM ST. GALLER  
ABT FRANZ [VON GAISBERG] AN BENEDIKT BURGAUER  
VERLIEHEN WIRD

Gehört zu AH 5/62

"... [1515 Juni 15.] pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri Domini Leonis papae decimi Anno tertio in palatio Monasterii sancti Galli mei Notarii publici et testium infra scriptorum praesentia personaliter constituti venerabilis Vir Henricus Hager etc. Omnibus melioribus modo via iure, quibus melius et efficacius potuit et debuit praefatum beneficium plebanie parochialis Ecclesiae sancti Georgii in Marpach cum Juribus et pertinentis suis ad manus Reverendi Domini Francisci Abbatis tanquam veri Collatoris resignavit etc. Cum itque hoc idem beneficium plebanie in Marpach pertalem resignationem Domini Udalrici Hager eiusdem ultimi possessoris vacaret Collatioque et praesentation ad Reverendum Dominum Franciscum Abbatem Monasterii sancti Galli pleno iure spectaret astitit dominus Benedictus Burgower praescriptus praefatum Dominum Franciscum Abbatem suis humilibus precibus ut ibi plebaniam praefatam parochialis Ecclesiae Marbach pure propter Deum legere et cantare: confere vecit etc. Acta fuerant haec sub Anno indictione die mense. pentificat: et loco praescript: praesentibus nobiles et providis viris Udalrico Schenck de Castel ... [?] Curie [Landeshofmeister], Johan Schowinger [Schobinger] praefecto in Oberberg [Vogt der Herrschaft Oberberg], Johan her [Heer] seniori[s in] Rorsach [Hans Heer, gen. "Kämmerli", alt Obervogt von Rorschach] et Udalrico N. [Ulrich Bertz] Can[c]ellario Monasterii Sancti Galli Laio: Constantiensis dioecesis Testibus ad praemissa rogatis pariter et vocatis.

Ego Caspar Fry oppido Baden Ergoyae Constant. dioec. sacris Apostolica et Imperiali Auctoritate notarius publicus quia huiusmodi Beneficii resignationi eiusdemque Collationi permissioni iurati praestationi omnibusque alius et singulis dum sic, ut praemittitur fierent una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi, er audivi ideo etc."

1) Trägt als Beweisstück die Nr. 31; vgl. AH 2/79, Anm. 8.

Kopie, teils in lat. Sprache - Gleiche Hand wie AH 5/62 - Bei der Identifizierung einzelner Namen dieser Urkunde half Stiftsarchivar Dr. Werner Vogler - AH 5, 154<sup>V</sup>-155<sup>F</sup>